Galenus
STRUTHIUS
Astrologia - De Vrinis

Venetiis 1535

GALENI

LIBRI, DVO, NVNC PRIMVM, A IOSE-PHO, STRVTHIO e græco tran-slati.

ASTROLOGIA AD APHRODI SIVM.

DE VRINIS.

VENETIIS:

M D XXXV.

MARCVS ANTONIVS THORInus Medicus Venetus, Iosepho Struthio Medico salutem.d.

QVm rediret ad me quando eram Venetiis Hannibal filius meus obtulit mihi (scit enim me iis rebus plurimum esse dedit:um) octerniones duos astrologiæ Galeni quam tu nuper de Græco in latinũ vertisti, hos quum perlegissem cõcepi nescio quid odii aduersus astrologos nostros nugaculos quos iam præ Galeno facile contemno, verum te rogo vt reliquũ quod superest quod Hannibal transcribere non potuit, mihi adscribẽdũ cures, aut potius fac vt liber imprimatur time ne si hoc talentum in terram abscondas te tandem dominus redarguat, de piscib? gratias mihi agere noli erãt pauci ex multis delectissimi delicatissimos tu fuisse scribis vale mi Polone datum Venetiis. xi. Ianuari. MDXXXV.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI DOMINO domino Ioãni Choiienskii, Episcopo Præmisliensi Regis Poloniæ ab intimis Iosephus Struthius. S. D.

COntendenti mihi non ita pridem Patauii amplissime præsul, cum nostræ classis hominibus volentiq; asserere Mathematicam medicis esse magnopere necessariam, cum illi contra niterentur & nescio quæ cauilla proponerent ad extremum huc recidit omnis nostra disputatio vt poscerent me demonstrare, vbi nam Hippocrates aut Galenus aut quispiam alius ex Græcis in curãdis morbis opera Mathematices vteretur, quod ego me infra aliquot dies facturum promisi, tum enim non erat facile, non licuit siquidem mihi linguæ græce imperitis græce loquẽtem Galenum adducere, nactus igitur antiquissimum exẽplar manuscriptum præter id quod mihi, erat domi Aldinum, transtuli in latinum pro virili mea Astrologiã Galeni ad Aphrodisium libellum quidem exiguum si chartas spectes maximis tamẽ vulgarium astrologorum voluminibus longe præstantiorem, quem vbi septimo die aduersariis obtulissem ostendissemq; coram ad oculos quo modo Galenus causas morborum, magnitudinem eorũ, motus eorum, crises, loca affecta, pericula, exitus, remedia deniq; maiora arte mathematica disquireret amplius illi ne verbum quidem. Postea vbi cõplures studiosi & docti viri toties sibi eum libellum rescribi peterent volui simul gratificari omnibus iniunxi id negotii nonnullis vt curarent Venetiis illum imprimi. Quia vero optima & antiquissima, vt author est Plinius, consuetudine hoc ita semper obseruatum est vt monimenta præclarissimorum virorũ sub patrocinio alicuius principis in lucem ædantur, volui vt sub nomine tuo exeat in publicum. Extant quidem alias q̃ plurimi præter te heroes qui pro suo cõmodo & suæ sanitatis amore Galeno non solum patrocinarentur sed etiã inter familiarissimos & amicissimos suos locum darent, præ tua tamẽ authoritate, præ tua sapiẽtia qua cæteros ex-

cellis te vnum ex multis & ipse si viueret Galenus sibi eligeret, negligeret reliquos erat enim summus philosophus scis autem apud hoc hominũ genus non quoslibet heroas magni fieri. Solẽt hoc tempore quæ nostra ẽ infelicitas magnates viri magno opere laudari si nemini noceãt, ꝙ si hoc ita fit quantam tu tandẽ laudem mereberis? qui multoties dicas, nihil tibi magis cordi eẽ, q̃ parare tibi amicos plurimos eos tñ potissimũ quos nouisti eẽ aliis doctiores, digna me hercle tanto præsule sentẽtia, quã ego ex litteris tuis didici. Mirantur nonnulli & maxime extollunt nostræ ætatis nonnullos episcopos quorum aulam aulicis plurimis abũdare vident, qua de causa quantæ deinceps te admirationi isti habebunt? qui te præter cætera oblectereris & copia aulicorum non qualiũcunq; sed ornatissimorum iuuenũ, qui elegantia morũ, mũditie linguæ Latinæ, facundia omniũ ad se oculos conuertunt. Palam vero est quantæ æstimationis apud eruditos & magni iudicii homines habeãtur episcopi, quorum a lateribus videre est theologos & iuri peritos qui suggerant, qui cõmouefaciant, qui censeant quid ab episcopo dici fieriue oporteat, in quo quidem genere laudis tu primas partes obtines, tũ quia ipse iuris vtriusq; & sacrarum litterarum sis peritissimus, tum quia conuiuas tuos familiares tuos in theologia & iuris prudẽtia primates viros semper apud te habeas, nimirum simile gaudet simili. Non est (vt tu quidem pro tua modestia putares optime antistes) gloria tui nominis finibus Poloniæ circũscripta, tantus hic es apud exteros quantus es apud Sigismundum vnum inter reges Christianos phœnicem, qui & si habeat q̃ plurimos consiliarios, & eos equidem omnes prudẽtissimos, & πολυτρόπους (sic enim vocat Polonos Episcopos Lazarus Bonamicus vir tãtæ eruditionis vt illum tota Italia Patauio inuideat) illis tamen rex sapientissimus interdum carere potest te semper præsente indiget, sed de hoc alias. Rogo te amplissime præsul Galenũ quẽ ad te mitto ita tractes vt ne quid sentiat decedere sibi æstimationis illius in qua dum esset in viuis, apud imperatores summos alioqui principes semper erat repositus. V. datum Patauij. 11. Ianuarij. 1535.

GALENI MATHEMATICES SCIENCIAE PROGNOSTICA DE DECVBItu infirmorum Iosepho Struthio interprete.

COnſtat bene ex Stoicorū phorum ſententia qui non minus in loquendo q̃ in bene viuendo erant ſemper exquiſitiſſimi, qualis & q̃ exactę veritatis ſit mathematica ſciētia, nihilo minus quum præſens ſermo de iis eſt inſtitutus quæ ars medica perhibet, neceſſarium viſum eſt nobis, medicorum prętantiſſimorum aſſertiones adferre, tum vt mathematica cognoſcatur ab omnibus, tum vt ipſi medici quãuis non omnes plurimi tamē eam partē ſuę artis qua ipſi ad præuidendas res plurimas vtūtur, mathematicæ ſcientiæ ſe debere intelligant. Hippocrates igitur vir præcipuus, ac in rerum ſcientia admiratione dignus inquit, quicunq; in medicinā ſe exercent eius autem philoſophię ignari ſunt quę docet dare iudicia de rebus a natura earum deſumpta (phiſiologiam vocant) horum animus in tenebris perpetuo oberrans fatigatus conſeneſcit, non ſolum non recte agere huiuſmodi homines ſed etiā plurimum decipi dicit, ait enim eorum animū errore confici ac defatigari qui vſum phiſyologiæ ignorāt, quum autem maxima pars Aſtrologiæ ad eam quam diximus phiſyologiā ſeu philoſophiam iudicatoriam pertineat, liquet illum ſi partē laudauit multo magis totam laudauiſſe, Diocles autem Cariſtius medicus & orator, non ſolum hoc idem dicit

vt & tu ipse scis, sed etiam asserit, veteres medicos ex diuersitate luminis & cursus lunæ, præcognitiones quæ in morbis fiũt, conficere solitos fuisse. Quũ vero dignitate & eruditione præstantissimi viri, qui medicinæ partem præcognitoriam non solum diligẽter persequuti sunt, sed etiam scriptis suis adauxerunt, idq; non solum ex sua arte sed aliũde etiã sumpto auxilio, aliqua de iis rebus memoriæ prodiderunt, inde & tu charissime Aphrodisi si decubitum infirmi diligenter exploraueris, atq; veterũ illorum quos diximus principiis institeris, vberrimam tuæ artis frugem es accepturus præcognoscendo ac prædicendo ea quæ infirmis sunt euentura rem autem hinc ordiamur.

¶ Ante omnia considerare oportet, progredientem lunam, sit ne in augmento an decremento sui cursus non luminis, in quo multi decepti sunt. Si igitur eo tempore quo quispiam primo decumbit, luna in aliquo signorum duodecim, suo motu moueri incipiat accedens ad oppositam signi partem (pars autem signi opposita est quæ maxime & ex diametro distat) præsertim vero si tum etiam coniunctionem cum sole faciat vnde tandem a cõgressu facto in.xvi. partem egressa soluta iam coniunctione in maiorem sui cursus magnitudinem tendat, occidet infirmum sub aduentum in.clxxx. partem. Si vero primum decumbente infirmo, luna cursu suo diminuta incedat, morbum ad oppositam vsq; signi partem protractum vbi diametrum exierit in salubriorem ægritudinem transmutabit, Aduerte autem & motus seu testimonia stellarum reliquarum, si enim tempore incipientis decubitus, luna in cursum maiorem tendat interim autem & in schemate solis (aspectus alii vocant) extiterit, augebit morbum

Cõferas huic loco aphorismum ptolemei. 60.

& periculosiorem faciet, si autem & lumine & motu aucta sit, ineuitabile infirmo periculũ dabit, vbi diametrum attinget, q͏̄ si in adurentem solem Iuppiter forte inciderit, ipsa vna cum Ioue soli schema offerente morbum quo ad fieri poterit, securiorem faciet, siue etiam in schemate tetragoni Iouis (quadratum nostri vocant) existat infirmis sanitatem restituet, aduẽtante, diametro. Si vero Saturni adusti schema accepit, cursum autem suum eo tempore diminuit in summo discrimine ac periculo infirmũ reponet, aduentante incepti cursus parte. cc. si vero & postea q̃ a coniunctione se redemerit, in minorẽ cursum feratur, mortem ineuitabilem inferet, circa partem incepti cursus. clxxx. Si autem tempore cepti decubitus sol lunæ schema ☍ dederit ipsa vero tum cursum siue etiam lumen minuat, minuetur & morbus vbi ventum fuerit ad partem incepti cursus. cc. ac postea occurrente bono aliquo schemate ad sanitatem suam infirmus redibit, si autem & coniunctionẽ futuram etiam motu diminuto solutura est, sanitatem restituet circa partem incepti cursus. clxxx. Opus autẽ erit animaduertere in primis quo modo stellæ in singulis signis sint repositæ & quem situm habeant, ex progressu enim lunę per signa duodecim, causæ morborum cognoscuntur, scito autem si quis calculos seu numeros negligenter disposuerit, nihil veri posse succedere, falsitatis autem non res ipsa sed qui negligenter se gerit causa est, disquirito tandem accurate & figuram genituræ ex ea enim singula exacte cognoscuntur. Decumbente igitur aliquo dum luna est in Ariete existẽs in schemate solis morbus accidet ex eo q̄ ęgroto a radiis solis caput exustum est dolor erit in mẽbranis capitis, erunt febres continuę, erunt vigilię,

incensiones, nimiæ, sitis, asperitas linguæ, vstio ac veluti flãma in thorace, dolor in hepate, pulsus re/tracti ac inordinati, huic vtilis est detractio sangui nis, ac mitigantium & refrigerantium adhibitio, alienatio enim mentis futura est & phrenitis. q̃ si interim nullus ex planetis beneuolis lunam prote/xerit ac ipse etiam Saturnus vna simul tetragonũ lunæ addiderit vltra septimam non viuet, præser/tim si tum luna motu aut lumine augetur. Si autem decũbat aliquis dũ luna est in Ariete affecta male/uoli schemate, tetragono scilicet aut diametro, vel ♄ si cũ eo fuerit coniuncta, oportebit eũ ipsum pla netam animaduertere. & si quidẽ fuerit hoc causa est in capite, morbus est letargus, ægroti sunt som/nolenti, insensiles, frigidi, neq; eandẽ seruant ęqua/litatem morbi, nunc enim augescit nunc minuitur qd̃ si luna tum motu aut lumine aut vtroq; est di/minuta, summam ac extremã (vt & antea diximus) morbi accessionem timeat, circa partẽ incepti cur/sus. cc. Cõspicito autem eo tempore & stellas alias, si enim ♃ aliquo schemate lunæ annuerit, magnũ quidem infirmo periculũ est subeundũ, prætergres/sus tamen diametrum, sanus seruabitur. Si autem Mercurius solus p̃dicto scopo (lunæ scilicet cũ Sa/turno ita vt diximus situatę) schema suum addide/rit citra vllum dubium morietur, si vero Mercurius vna cum Marte ignito, hos tu redemptores magis q̃ intereptores cẽseto, tua porro intererit oẽm pru/dentiam ac solertiam infirmo adhibere, quũ te nõ lateat Saturnũ efficere affectiones frigidas & reu/maticas. At vero si Mars dederit schema præser/tim diametrum lunæ motu etiam & lumine auge/scenti, hos faciet capitis affectus, alienationes men tis, phrenitidas, iræ impetus phlegmonas, accẽsio/

nes, insultus sanguinis, oportebit igitur in omnibus iis adhibere ea quæ refrigerandi & remittendi potestatem habēt, his quæ vtēdū maxime circa tetragonum, a tetragono enim trium dierum spatio incipiet vigere magnitudo morbi futuri autē sunt vsq; ad incepti a luna rursus diametrum periculosissimi & accutissimi affectus. Si autem huic scopo (lunæ scilicet cum Marte in eo vt diximus situ repositæ) Mercurius etiam suū schema adiunxit, post exacta tanta pericula infirmus sanabitur, Mercurius enim Marti probe cōgruit, Saturno minime. ¶ si decūbat aliquis luna autē sit in schemate Iouis aut Mercurii & Veneris, & si pro vtriusq; planetæ natura, inæquales est factura ægritudines, & in diuersos affectus infirmos translatura procul dubio tñ sanantur. Operæprecium autem erit, te animaduertere rationē victus, horas, exercitia, balnea, potus vini, & si quidem ad Saturnum pertinent, qui ægritudine afflicti sunt, tenebuntur desiderio balneorū, sessionis quietę. frequentis nutrimenti, calidæ potionis, qui autem Martem attinent frigidæ potionis, motus, vini inquietudinis, vtile est igitur te iuxta singulos planetas, suo cuiq; modo desiderio nō aduersari, quęlibet enim stella cuius rei desiderio tenetur, eadem reficitur recreaturq;. Nō arbitraberis autem Aphrodisi optime (vt ego opinor) curas eiusmodi contrarias esse rationibus medicorū, ego enim qui bene naturas stellarum cognitas habeo, dixi quibus quæq; rebus delectetur, vbi fuerit ab omni noxa ac vitio aliena, Si autem dum luna est in ☌ solis decumbat aliquis, Saturnus autem in tetragono sit aut diametro, aut etiam lunam pręsens adeat, quæ lumen & motum suum diminuat, erit morbus quoad originem, ex crapula, & diuersitate

De planetis loquitur q sūt dñi geniture.

De cōualescētib9 hic s̄mo est.

ciborum ac multitudine, futuræ autem sunt febres cum astrictione alui, inflāmationes hipochondriorum, articulorum dolores, pulsus retracti ac inordinate, totius corporis supercalefactio, circa pulmonem autē & sinistrum latus, erit sensus grauitatis, huic auxilio erit subtractio sanguinis, ac vsus eorū omnium quæ habitum corporis soluere possunt, qꝛ si nemo ex beneuolis lunam protegit, omnino diatritum viuus nō supergredietur, immo si & Mars idem schema quod sol habuerit, aut ex diametro lunam aspexerit, supra primum incepti cursus tetragonum non viuet. At si beneuoli adfuerint, & lunā inspexerint, periclitatus sanabitur.

¶ De schegmatibus lunæ in tauro. Si quispiam decumbat, luna existente in tauro, maxime hora diei, sol autem lunæ offerat diametrum, aut tetragonū, erit morbus ex multitudine sanguinis, aderit astrictio alui, aderunt accensiones, dolores colli & circa ossa, superflua vigilia, desiderium rerum frigidarum & vini, huic sanguinis detractio plurimi conducet, atqꝫ ea omnia vtilia erunt quæ vim aperiendi habent, Saturno autē idem schema quod Sol habente, si nullus beneuolus protegit diem. xi. non trāsiget, si autem beneuoli præsentes adsunt aut schemata porrigunt, post exacta pericula vigesimo die sanabitur. Si autem luna vt diximus posita in tauro, decumbat aliquis, motus autem lunæ & lumen minuitur, ad hęc Saturnus quōcūqꝫ tādē in schemate reponat ꝓserti; si & ☿ pariter schemate ꝯtineatᷓ affectus ægritudinū iuxta signi ꝓpriā naturā erunt tardi motu, difficiles cognitu quos crederes absentes esse quū tamen ægrotum affligit, aderit virium prostratio, ac totius corporis debilitas stomachus appetitu priuatur, calor in profundo latet, arti-

culorum dolores icessunt, totũ corpus male habet, hæc autem ego tibi in omni zodiaci signo indicia propono vt dum aliquod horum se tibi obtulerit, circa infirmum dubius non hæreas. Signum autem hoc natura sua tempestates ac ventos concitat, ac eorum quæ in mari & terra eueniunt indicia facit idcirco oportebit te præcipuam capitis curam habere, hoc enim est quod primam morbi causam contraxit quãuis hoc ita non appareat, totum neruosum genus compatitur, præter cætera stomachus, pulsus profundi ac reptantis formicæ speciem præ se ferentes præsertim de die, propterea vtilissimũ quidem erit infirmum nutrire, non tamẽ tu pusillanimis subtractionẽ sanguinis vereare (licet id nimiam subinde debilitatem inducat) neq; subductionem alui, nec alia quæ euacuant. A tetragono autẽ incepti cursus vsq; ad diametrum æger diligentius est obseruandus. Et si quidem posteaq̃ coniunctionem solis euaserit meliora indicia luna ostẽdit, soluetur morbus in diametro, si autem euadens coniũctionem peius indicat, maxime si tẽpore cepti decubitus nullus ex beneuolis protexit, vltra diametrum non superuiuet. Si autem decumbat aliquis existente in tauro luna cum schemate Martis (præsertim vbi luna est amphyrta) augens motus suos causa morbi erit circa collũ & hypochondria, idq; ex ingurgitatione ac cibo nimio, febres aderũt vrẽtes, alui astrictiones, asperitas linguæ, amaritudo oris, sitis nimia, ipsi autem ægroti oculis torui, truces aspectu, sermone audacissimi, qui aduersus suos facile irritantur ac exiliunt, oportet igitur summã diligentiã, strictæ aluo & eductioni sanguinis, adhibere, neq; desiderio frigidæ potionis eorum multũ aduersari, morbi ipsi a principio quinq; dierũ spa-

Spes lu ne. x. dl cs nate amphy cita ẽ.

tio acutiores erunt, vigebũt vſq; ad ſeptimam. Hic autem ad alia te eſſe etiam attentũ oportet ſi enim conſpexeris ♌ in quarta, ſcias ęgrum procliuem & aptum eſſe cardiacę paſſioni ideo fac vt omni hora totius ſeptimanæ accuratus ſis vt citra incõmodũ vinum exhibeas & frigida alia, ſi autem tranſacta ſeptimana æger in deterius, labitur vltimum illi vale dicito procul dubio enim obibit. In huiuſmodi vero indicationibus oportebit te & horarũ aptitudinẽ inquirere, id quod fiet ſi repereris horas eas quibus ſchemata beneuolorum prodeunt, hæ tibi plurimum conferent tam in nutriendo q̃ in lauando & exhibendo potu, ſi enim hora bonorum ſchematum cibus offeratur (licet hoc dictis medicorum non nihil repugnare videatur) plurimum conferet infirmo, qꝫ ſi lunæ in illo quem diximus loco reſidẽti ♃ aut ♀ aut ☿ ſchemata dederint, ſiue ipſa motum augeat ſiue minuat certum ſalutis in diametro affuturæ indicium tibi eſto, quare citra exhibitionem aliorum ſola attenuante dięta vtere.

❡ De ſchematibus lunæ in geminis. Si quis decumbit exiſtente in geminis luna cui adſit præſens ♄ vel ſchema diametrum aut tetragonũ offerat, cauſa prima morbi erit ex nimiis laboribus vigiliis, & maxime ex itineribus, qꝫ ſi tum luna motũ & lumẽ augeat, locus affectus erit manifeſtus, morbus breui ſeipſum declarat, augeri vero incipiet a die tertia vſq; ad. xx. erunt enim leuiuſculæ febres, & maties quæ per nocturnos aſſiduoſq; labores exinanito ſanguine contracta eſt, aderunt & ſplenis grauitates, vbi aũt ex beneuolis nullus protexerit Mars autem idem quod Saturnus ſchema habuerit poſt diem trigeſimam obibit, ſi vero boni præſentes adfuerint, aut lunam inſpexerint chronicis ac perio-

dicis morbis detentus tandem sanabitur. Si autem decumbat aliquis in geminis luna existente cui tetragonum vel diametrū Mars offerat, vel præsens apud eam sit, augescente eius lumine & motu, morbus incurret piculosus & molestissimus, erunt enim febres cōtinuæ, adstrictiones alui, vstiones magnę, pulsus retracti ac inordinati, huic igitur competet sanguinis detractio, & si ex beneuolis nullus lunā protegit, Saturno idem quod Mars schema obtinēte, morietur in diametro, si vero beneuolus aliquis lunam intueatur post tanta pericula seruabitur. Si decumbat aliquis in geminis luna existente, præincipientes causę morbi erunt labores & balnea, morbus autem qualibet humiditate exageratur magis, ꝙ si Saturnus vna cum Mercurio schemata addiiciant, maxime luna diminutis gradibus abscedente a sole, erunt dolores circa opertas scoptulas & lumbos, totum corpus calet, & ad similitudinem ambustorum in superficie dolet, huic inutile fuerit si de vno loco ad alterū transferatur id quod ipse optabit, aduersatur illi & frigida quæcūq; potio vsq; ad septimam, si autem luna incidens in solis cōiunctionem in minores motus progrediatur sine dubio morietur, ꝙ si prędicto scopo lunæ scilicet cū Saturno & Mercurio ita vt diximus positæ, accedet tēpore cepti decubitus schema alicuius beneuoli, infirmi ipsi ab aliis ad alia mala transferentur in ischiases & id genus alios articulorum dolores. Quantitas temporis morborum ostendetur ex coniunctione lunæ id est accessione ad stellas beneuolas quæ infirmos redimunt, hanc autem rationem & in aliis omnibus signis obserues, non ignores & illud qd' in quodcunq; signum luna intrauerit illic imperium, habet, scito & hoc ꝙ planetæ quādo sūt diametrū,

lunæ porrecturi facile ipsimet hoc indicant. Si añt luna ita vt in priore exemplo dictum est in gemi-nis existente tempore cepti decubitus Mars aut sol aut vterq; simul, schemata sua porrigant(præser-tim si luna sit amphicirta) ipsa vero luna in maiorē motum fertur, ęger ita omnino sibi persuadebit, vt credat se certo moriturum, proinde lamentabitur flebit ac tristabitur, in loquendo erit promptus & audax, diuersas simulachrorum seu phantasma-tum species ante oculos cernet, quæ omnia illi sunt ad morbum, augent enim illum & deteriorem red-dunt, de die autem & stomachi debilitas incurrit, & panniculorum capitis dolores inuadūt, ita vt in-firmi dissoluantur, & pulsuum motu pene careant, oportet igitur fomentandi resoluendiq; diligentē curam habere, sanguinem detrahere, ac cibos opor tune exhibere. Ex coniunctione autem solis cogno sces, sit ne futura morbi solutio, & si malum stoma-chi prosperius tibi apparebit, & panniculorum ca-pitis dolores abscedent sanabuntur sine dubio in-firmi, at vero si a diametro morbus in maius auge-tur & tabes ventriculo inuecta fuerit citra vllum dubium peribunt, maioribus autem auxiliis quæ apud medicos in vsu sunt opus esset. Si autem ad si-gnum hoc geminorū tempore decubitus incepti, be neuolæ stellæ schemata porrigunt, siue luna motū augeat siue minuat, medicatiōe opus nō erit, dięta enim, aere bono, balneis, deambulationibus, exerci tationibus, morbus abigetur, aliquādo etiam in te-tragono infirmi liberantur.

¶ De schematibus, lunæ in cancro. Si decumbat quispiam luna in cancro existente, cui Saturnus vel præsens iungatur, vel porrigat diametrum aut te-tragonum, erit morbi prima causa balneū & refri-

geratio, aderit fluxus ad thoracem aderunt tusses, aderunt constipationes, febres non violentę sed tamen malignæ pulsus parui ac debiles, grauitas in lateribus, huic congruūt omnia quę calefaciendi vim habent, si vero ex beneuolis nemo lunam intuetur, longiore ægritudine detentus post diem quadragesimam obibit, at si beneuolus aliquis lunā inspicit, plurima mala perpessus tandē sanabitur. Si autem decumbat aliquis luna in cancro existēte cui Mars aut præsens iungatur aut tetragonum, siue diametrum obiiciat, erit prima morbi origo ex nimio vomitu ac ea agitatione quam choleram vocant, aut ventriculi subuersione, huic igitur congruūt ea quę constringunt & refrigerāt, q̄ si ex beneuolis nemo lunam inspicit ad primum tetragonum incepti cursus, obibit, si vero beneuolus aliquis aspiciat in primo incepti cursus tetragono sanabitur. Si autē decumbat aliquis luna existēte in cancro erit morbus ex repletione vini & ingurgitatione, inchoabitur autem a cōmotione distensioneq; mēbrorū affectorum, æger interrogatus bene morbū edisseret, erit autem aliquando ex vomitu etiam citra repletionem, æger male de se sperabit afflictus dolore laterū, optabit aeri frigido semper exponi quapropter & vestes dilacerat, sæpius aūt & coli dolores incurrunt maxime transacta diametro, proin oportebit nō solum a frigidis abstinere, sed etiam adhibere ea quæ resoluant & confortēt, pręsertim in principio. Si autem luna nō sit immunis sed Martis aut solis aut vtriusq; aliquo schemate opprimatur, febres assurgunt augenturq;, pulsus sunt inæquales nunc debiles nunc firmi, confert autem huic sanguinis detractio facta in tēpore a principio enim quinq; dierum spatio vsq; ad incepti cursus partem, cc, co

mitabuntur affectum laterum diuersa & praua ac/cidentia, q̄ si nemo beneuolorum protegit futurū est vt a coniunctione solis neruosum genus male af/ficiatur, ita vt capti tandem mente vociferēt & ac/clament, iuxta autem naturam signi huius mala de nocte magis affligunt. Si autem a coniunctione so/lis luna motu diminuto se est redemptura non pri/uata præsidio bonorum æger in morbum periodi/cum decidet ac sanabitur, q̄ si luna bonorum præ/sidio priuetur iuncta communioni malorum nihilo minus & in periodico morbo obibit. Si vero prędi/cto scopo nemo medius obuenerit luna vero a con/unctione solis motum diminuat post diametrū sa/nabitur, at si a coniūctione motum augeat medius vero intercessit maleuolus Saturnus subibit tot peri cula post diametrū tamen sanabitur. Porro natura huius signi est vt malignos & difficile solubiles mor bos adferat, quibus ea remedia & curę quas crede/res multum profuturas, magis nocebunt, vtilis aūt est vini exhibitio, balneum, & cibus qui facile in corpus digeritur. Si vero Saturnus lunæ a coniun/ctione executi vna cum Mercurio schemata obii/ciat auferentur morbi quocunq; tandem modo, sed relinquuntur dolores articulorum, & earum partiū quæ circa aures sunt, nōnullis autem circa pulmo/nem aut hepar aliquid mali remanet eritq; diutur/num & longum, aduerte autē si in his schematibus luna minuat motū, hoc pacto enim faciet id quod reliquum est mali non solum longo tempore dura/turum, sed mortem etiam allaturum, si vero motū augeat & lumen ♃ autem quocunq; modo illi ad/hæreat, malum relictum tantisper durabit quoad luna peruenerit in decimū ab incepto cursu signū. Quando autem luna in Cancro existens bonorum

tantum

tantum ſchemata habet aut etiam ipſius Mercurii ſoluũtur morbi ad primum incepti curſus tetragonum, oportebit vero abſtinere a frequenti balneo, exerciis autem vti & deambulationibus, ita enim morbis bene conſuletur.

¶ De ſchematibus Lunæ in Leone. Si quis decumbat luna exiſtente in Leone cui ſol diametrum aut tetragonum porrigit, prima morbi origo erit ex repletione & cruditate, aderunt grauitates thoracis & hypochondriorum, aderunt febres, quarum calor maior erit in profundo q̃ in ſuperficie corporis, aderit aſtricta aluus, huic cõgruent omnia quæ calefaciuut modice & aperiunt, ꝙ ſi nullus ex beneuolis lunã inſpicit circa diametrum morietur, ſi vero boni lunam inſpiciunt, plurima mala perpeſſus tandem ſanabitur. Si autem decũbat aliquis in Leone Luna exiſtente cui Mars vel præſens iungitur vel diametrum aut tetragonũ porrigit, erit prima morbi origo ex nimia plenitudine ſanguinis, febres aderunt cum fluxibus alui, pulſus debiles at ſubmerſi, defectus animi, lapſus appetitus, grauitas, ſomnolentia, & languor totius corporis, imo & cardiaca aliquando, huic congruent ea quæ conſtringunt ac modice refrigerant, ꝙ ſi nullus ex beneuolis lunam aſpicit die nona morietur, ſi vero boni aſpiciũt plurimum periclitatus, poſt diametrum ſanabitur. Si autem decumbat aliquis luna exiſtente in quacũq; parte Leonis (hoc autem quod dicam & circa alia ſigna certum ac velutũ Themiſtos cõſilio proditũ obſerues) Leone horoſcopum occupante, morbus erit ex demacratione membrorũ, per triſtitiã, per negotia, ſolicitudines, thorax caleſiet extrema aũt frigeſcent, adſunt & capitis dolores, oculi caui, naſus retortus, pulſus inſenſibiles, ęgroti quaſi longis

detenti sint ægritudinibus ita apparẽt corpore de-
iecti, tenduntur autẽ quantũ est ex eorum plenitu-
dine. Quare oportet cõfestim sanguinẽ detrahere,
& si fieri potest luna in hoc eodem signo adhuc exi-
stente præsertim si motum suum auget, sin minus,
intra tertium diem, fricare autem oportet extrema
& resoluere ea quæ thoraci incũbunt. Si autẽ Mars
simul & Sol vterq; aucto motu, schemata porrigãt
(tempore cepti decubitus) lunæ, cardiacam nullo
modo infirmus euadet, infra quintũ diem. Si autem
Saturnus schema porrigat lunæ, non est adeo timẽ
dum vt moriatur. Si vero Iuppiter aut Venus sche
mata lunæ porrigunt tẽpore cepti decubitus, spes
est firmissima salutis circa tetragonũ incepti cursus
affuturæ. Si autẽ ipsa luna sola, citra vllũ schema,
motu diminuta in Leone sit, etiã spes firma salutis,
proderit autẽ ægroto exhibitio vini, balneũ, deam
bulatio, præsertim post tertiã aut post quintam. Si
autẽ Luna in Leone vt diximus sit tẽpore cepti de-
cubitus augeatq; motum Saturnus vero in medio
cœli constitutus suũ schema illi porrigat, futurũ est
id quod diximus circa tetragonũ, nihilo minus tñ
ventris dolores & inflationes remanebũt, etiam si
præsens adsit aliquis ex beneuolis, sanantur tñ idq;
tanto citius si Luna a cõiunctione motu aucto cur
rat. Si vero Lunæ in Leone existenti tẽpore cepti
decubitus ♄ & ♂ & alius qcũq; schemata obiiciat,
ipsa vero Aquilonẽ versus egreditur, soluẽtur mor
bi omnino adueniente cursus incepti diametro. Nõ
oportebit vero calefacientibus vti, sed ægrum in
vmbra decũbere, vtile autẽ erit eius desiderio plu-
rimũ aduersari, frigida exhibere, cibos offerre qui
nec inflent nec attollant. Si autem Luna a nemine
aspiciatur, auget vero motũ, futurũ est vt circa dia

metrum datis signis criseos morbus soluatur, at si motũ minuit auferet aliquid morbi circa coniunctionem Solis, faciet tñ vt æger sæpius recidiuam perpessus longius affligatur, salubriter tamẽ.

¶ De schematibus Lunæ in Virgine. Si quis decubat existente in Virgine Luna cui Saturnus vel pręsens iũgatur vel tetragonũ aut diametrũ porrigat, erit prima morbi causa, desidia & cruditas, dolor erit in ventriculo & intestinis, phlegmone in hypochondriis, aderit febris cũ alui astrictione, quæ nõ seruabit ordinẽ remissionũ & afflictionum, pulsus erunt profundi, frequẽtes & debiles, huic cõgruent ea quæ modice calefaciendo aperiunt. Quod si beneuoli Lunã non aspiciant circa diẽ quadragesimam in sũmo periculo reponet, si vero boni aspiciunt, lõgam ægritudinẽ perpessus tandẽ sanabitur. Si autẽ decũbat aliquis existente in virgine Luna cui Mars vel pręsens adsit vel tetragonũ aut diametrũ porrigat, erit morbus qui a fluxu ventris incipiet quẽ subsequetur dysenteria, ita vt sanguis fluat, & excorientur intestina exulcerenturq́, aderunt febres malignæ, pulsus debiles ac frequẽtes, casus appetitus, subuersio stomachi, huic congruent ea quæ adstringendi vim habent, & nisi lunã boni aspiciãt morietur die trigesima, si vero boni aspiciant sanabitur. Si vero decũbat aliis existente in Virgine Luna, erit morbus quẽ cœliacã vocant passionẽ, aderũt dolores ventris & inflationes, quæ a læsa coctione originem sument, ea quæ venter excernet fluida erũt, quæ autem vesica viridia ac male olentia, aderunt punctiones in septo trãsuerso, & ventriculo iã debili, cõpatietur totũ neruosum genus, oculi erũt aperti ac vigilantes præsertim a principio. Si autẽ luna ex paruo motu in maiorẽ prouehitur Mars autem

aut Mercurius & Sol schemata illi porrigunt, timē
dū erit ne nimiū exasperato malo infirm⁹ in iliaca
decidat, necesse vero erit adhibere ea quæ ingros-
sandi inspissandiq́ vim habeāt, vitāda erūt omnia
fluida frigida, vuida, tanto autē hęc vitanda ma-
gis quāto in maiorē motū luna vehitur, circa dia-
metrū enim suspicio erit cœliacę & dysenterię, quę
mala si semel corripiāt hominē, longo tēpore minu
tim abscedunt. Si autē Lunę in Virgine vt diximus
existenti Saturnus cum Mercurio aut Venere aut
Ioue schemata porrigat, nihil minus futurā est lōgi
temporis ægritudo, splenetica aut nephritica, quę
mala abscedēt quidē, sed longo tempore affligūt.
Si autem luna tēpore cepti decubitus sola sit a ne-
mine inspiciatur siue augeat motū siue minuat, fu-
turę sunt hæmorroidum fluxiones, quas luna cir-
cūactis vsq; aliquot reuolutionibus auferet, infir-
mi erunt liuidi, atri p longū tēpus, sanātur tamē. Si
aūt tēpore cepti decubitus Iuppiter aut Venus aut
Mercurius siue horū aliquis siue omnes lunæ sche-
mata porrigant, nō minus adsunt fluxus vētris, de-
sinunt tamē circa diem quintam. Oportet aūt vinū
quidē exhibere, sed balneum subterfugere.
¶ De schematibus Lunæ in Libra. Si decūbat ali-
quis in ♎ existente luna cui Saturnus vel præsens
iungatur vel tetragonū aut diametrū porrigat, erit
prima morbi origo, ex nimia vini potatione & cra-
pula, q̄ si luna minuat motū suum decubitus autem
primū noctu incipiat futuri sunt affectus mali capi
tis & thoracis, reumatismi, tusses, præsertiʒ a prin
cipio, grauedo capitis, casus appetitus, febres con-
tinuæ quæ nullū ordinem afflictionum seruabunt,
pulsus erunt frequentes & debiles, huic igitur con-
gruunt ea quę calefaciant, si tamē vna cum Marte

Saturnus schemata porrigat citra vllum dubiũ morietur, veniẽte diametro. Si autem decũbat aliquis existente in ♎ Luna cui Mars vel præsens iũgatur vel diametrũ aut tetragonũ porrigat, erit morbus ex nimia sanguinis copia, erunt febres cõtinuo crescentes, pulsus retracti, defectus animi, phrenitis, superflua vigilia, totius corporis inflãmatio, huic congruet sanguinis detractio & ea omnia quæ soluunt habitũ corporis, ꝙ si nullus ex beneuolis protegit infra .x. dies morietur, si vero boni aspiciunt, circa diametrũ sũmum perpessus periculũ sanabitur Si autẽ decũbat aliquis existente in ♎ luna diffundetur materia morbi in membra extrema, quæ inflãmabuntur & dolebunt, calor tamẽ erit in profundo maior, æger oculos cõtinuo occludet quũ tñ non dormiat, deiicietur illi appetitus, tales igitur sunt iuxta signi huius naturã affectus, in quibus cognoscendis multi errãt, putant enim ea accidẽtia ex cibis quos insciis medicis ęgroti accipiũt prouenisse. Si autẽ ipsi lunæ minuenti motus suos Saturnus & Venus aut ☿ aut vterq; accedit, omnino circa diametrũ in phrenitim incidet, proinde fomẽtis vtere, & iis quæ resolunt, infirmũ autẽ in secretiorẽ locũ absconde & in solitudine diligenter obserua ne clãculo aquã bibat, futurũ enim est vt circa diametrũ excretione alui facta a morbo redimatur, vsus iis q̃ diximus remediis, sed tamẽ ad diuturnos inæquales & periodicos morbos reddetur procliuis, a quibus tamẽ redimitur, at vero si solus adest lunæ Saturnus peribit, nisi luna motũ augeat, sic enim plurima in principio & augmento morbi perpessus circa diametrum sanatur. Si vero existenti in ♎ lunę Mars & Sol schemata obiiciunt erunt causę morborum in capite, quæ facient cephalalgias, reuma

tismos, hemicranias. Si vero Mercurius adfuerit, materia morbi erit in oculis quæ facient suffusiones, dilatationes pupillæ, glaucoses, vtile est autē vt plurimū in iis malis sanguinē subtrahere, vtiles sunt & alui excretiones, ne tñ promittas cito salutē infirmis affuturam, longū enim tempus in iis malis sunt absumpturi nō sine magno discrimine. Si autē lunæ in ♎ existenti Iuppiter aut Venus schemata porrigat, sanātur infirmi aliquousq; male detenti. Si aūt nemo se lunę offerat, nec aliquis eā aspiciat, ipsa vero motus suos minuit futuri sunt morbi maligni & difficiles cognitu præsertim i oculis, sed tamen veniente luna ad diametrū soluūtur. Scito aūt omnia ea signa quæ in tropicis & æquoctali sita sunt malignos semper producere morbos.

¶ De schematibus Lunæ in Scorpione. Si decumbat aliquis existēte in Scorpione luna cui præsens iungatur Saturnus vel tetragonū aut diametrum obiiciat, erit origo morbi ab inflāmatione inguinū & locorū profundorū, circa anum & pudēda, ꝙ si luna motus suos augeat & lumē, beneuoliq; illā aspiciant, reditus ad sanitatē erit facilis. Si vero decūbat aliquis existēte in scorpione luna cui Mars pręsens iūgatur vel tetragonū aut diametrū porrigat, ipsa vero motus suos minuit & lumē, schemata beneuolorū retinens, redibit ad sanitatē, vltra vel citra tetragonū aut diametrū, hoc enim in singulis signis beneuoli faciunt vt iā nosti, reddunt enim morbos mitiores & ad curandū faciliores. Si vero decūbat aliquis existēte in scorpione luna, origo prima morbi erit ira & contētio siue iurgia, inflāmabunť loca in abdomine circa sedem aut vesicam, febres a die tertia increscent & augebunť, infirmus autē desipiens factus, exasperabit mala sua. Si autem luna

in hoc signo auget motus suos p̃sertim ab ♂ Mars vero ipsi præsens adest, periculum est læsionis per ferrũ quoquo modo oculto, si autẽ & Sol præsens adest aut schema porrigit lunæ suos motus augẽti (id quod fit quãdo ipsa scd'm longitudinẽ sui cursus xv. partes pcurrit,) periculũ erit apostematis pleu/retici, iudicãtur autẽ & liberãtur infirmi fluxu san/guinis. Oportebit autẽ in secretiore loco infirmum seruare, abstinere vero ab omni frigidorũ vsu, a lo/tionibus, malagmatibus frigidis, balneis, extractio/nibus sanguinis per cucurbitulas, morbo autem ad diem. xi. protracto itur tandẽ in diuturnũ malũ in quo nõ minus est peciculũ. Si autẽ decũbat aliquis in ♏ luna existente cui Iuppiter vel ♀ adsit p̃sens vel schema porrigat, erunt eadẽ mala quę diximus sed salubriora, a quibus tamẽ nõ liberatur nisi lõgo tẽpore longitudo autẽ tẽporis aut numerus dierum durationis morbi cognoscetur ex cõnexione lunæ cum stellis beneuolis, donec enim vel ipsi planetæ præsentes boni vel eorũ schemata non accesserint, morbi vigent suãq; vim obtinent, statum tñ ac ve/luti præfinitũ tẽpus ægritudinis est ad diem diame tri vltra quã si morbus protrahatur fit chronicus, & longus. Si aũt decumbat aliquis luna in scorpiõe existente, vergenteq; ad solis cõiunctionẽ motu di/minuto cui Saturnus vel præsens iungitur vel sche ma porrigit, defatigabitur plurimũ infirmus & la/befactabitur longitudine morbi, qui erit defluxus ad inferiora loca, auũ scilicet aut pudẽda & nisi be/neuolus aliquis protegat sic cõmoriuntur. At vero si luna motu aucto progreditur Saturnus autẽ illi aut iungiẽ præsens aut schema porrigit futura sunt eadẽ mala sed minus periculosa, tamen chronica & diuturna. Natura autẽ signi huius exigit, vt vitetur

vsus balneorũ ac eorum omniũ quæ humores fun⸗
dunt & defluere faciunt.
¶ De schematibus lunæ in Sagittario. Si decũbat
aliquis existente in Sagittario luna cui Saturnus
præsens iungatur aut tetragonũ vel diametrũ obii
ciat, morbus incipiet a fluxu subtiliũ tenuiũq; reu⸗
matum, aderunt dolores articulorũ, aderunt adstri
ctiones alui, febres quarũ accessiones erunt cũ rigo
re & frigiditate extremorũ, quãdo igit̃ luna suum
lumẽ & motũ maxime minuet erunt tum accessio⸗
nes febriũ duplices, erũt cõstipationes multæ, pul⸗
sus profundi, huic igitur cõgruent ea quæ calefaciẽ
do aperiunt, nisi vero beneuoli aspiciant, futurũ est
vt magna pericula subeat, sanatur tamẽ transcursa
diametro. Si vero decũbat aliquis existente in Sa⸗
gittario luna cui Mars præsens iũgatur vel tetra⸗
gonum aut diametrũ obiiciat, luna vero auget lu⸗
men suũ & motũ, erit ægritudo summi periculi cu⸗
ius origo est repletio & crapula, futuræ sunt febres
continuæ quæ magis ac magis inualescunt, erunt
cholericę passiones, soluta aluus, pulsus debilis. Cõ
gruent huic ea quæ refrigerant & cõstringunt, ꝙ si
maleuoli lunã inspiciunt septima morietur, si vero
beneuolus aliquis inspicit sanantur, transcursa dia⸗
metro sed non sine periculo. Si vero decũbat aliqs
luna in Sagittario existente morbus est qui ortum
accepit a balneo & aëre frigido totũ corpus fluxu
reumatũ corripitur, adsunt dolores gingiuarum &
dentiũ, præincipiens autẽ morbi causa in thorace
est. Si autẽ lunæ accedenti motu diminuto ad solẽ
præsentes iungũtur aut schemata obiiciũt ♄ & ☿,
futuræ sunt inflãmationes pulmonis & septi trans⸗
uersi, totũ corpus supercalefit, oportet autẽ adhi⸗
bere ea maxime quæ resoluunt & exicãt, vtilis erit

præsertim a principio detractio sanguinis, q̄ si luna transgressa prius.xiii.partes nunc.xiiii. trāsgreditur quinta die morietur. Si aūt tēpore decubitus lunæ existēti in Sagittario ♃ aut ♀ iunguntur vel schemata porrigunt, futura quidem sunt ea quę diximus mala sed erunt salubriora. Si vero luna nemini iūgatur nec aspiciatur a quopiā motū autē suū auget salubriora quoq; mala accidunt. At vero si Mars & Sol lunæ augēti suos motus schemata obiiciant, supra mala prædicta tusses vehementissimę superuenient. Natura autē signi huius est vt ægrotis vigilias incutiat cōtinuas, & noctu maiorē afflictionē q̄ de die cōmoueat, vnde adeo debilitant̄ infirmi vt vix pulsus eorum percipere possis, necesse vero erit vti iis quę resoluunt̄ & modice calefaciūt, fugere autē balnea, lotiones, humectationē deniq; omnē, æger vero in obscuro sub vmbra decumbat, qui spem salutis certā habeat si boni lunā aspiciūt, q̄ si vnus tantū ex beneuolis protegat inspiciendo lunā, plus quidē exasperātur mala spes tamē est certa salutis post pericula.

¶ De schematibus Lunæ in Capricorno. Si quis decūbat luna in capricorno existente & minuente suum motū, cui ♄ præsens iungatur vel tetragonū aut diametrū obiiciat origo morbi est refrigeratio in balneis, adsunt tenuia reumata, grauitas thoracis, & pulmonis, tussis pręsertim a principio, febres quarū accessiones veniunt cū rigore, idq; magis noctu, huic cōgruent ea quæ calefaciant, & nisi bonus aliquis lunā aspiciat die.xxi.morietur, si vero boni aspiciunt sanabit̄ longā pulmonis ægritudinē perpessus. Si decūbat aliquis ī Capricorno luna existēte cui præsens iungatur Mars aut diametrū vel tetragonū obiiciat, morbus erit qui originē traxit a

læsa coctione quā subsequitur vomitus & cholera morbus equidē periculosus & acutus, comitabūtur illū neruorū distensiones, inflāmationes, bilis mordax in intestinis & ano huic cōgruent ea quæ refrigerent & cōstringāt, nisi vero bonus aliquis tū aspiciat die quinta aut septima morietur, si vero beneuolus aliquis aspiciat sanatur infra septimā. Si decumbat aliquis Luna existēte in Capricorno causa præincipiens morbi erit labor & inanitio, erūt aūt dolores potissimū in dorso, incurrent horrores sæpius, ita vt bis terq; breui spatio tēporis accessiōes suas faciant, eriguntur pili totius corporis, febres sunt cū aluo adstricta, & dissoluta debiliq; virtute hæc ego multa tibi ea de causa adduco vt tu habitis iis indiciis, morbos certioribus notis dignoscas, tanto vero debiliores infirmi reddūtur quāto luna motus suos magis diminuit, videbis ęgrotū delirare in loquendo, oculos raro sursum attollere, qđ si circa incepti cursus diametrū Saturnus lunæ iūgatur vel schema obiiciat, reponetur eo tēpore in sūmo discrimine infirmus, idq; ob violentiā & afflictionē nimiā febris, ꝙ si tū aliquis ex beneuolis protegat liberautr, sed longo tēpore afflictus, si vero Mars aut Sol vna simul schemata porrigat trāsmutabitur morbus, fietq; periodicus. At vero si luna motum suū augeat pręsens vero illi circa incepti cursus diametrū adsit ♄ aut Sol vt diximus, futurus est morbus periculosior. Si autē lunę in Capricorno existēti ♃ aut ♀ aut ☿ siue horū aliquis siue oēs pręsentes iungantur aut schemata porrigāt, causa morbi eadē est quam diximus, sed morbus fit omnino salubris. Animaduerte autē naturā signi huius cuius propriū est periculosas inferre ægritudines, oportebit vero abstinere a balneis & ab omni frigidorum

vsu decübere vero in sublimi & alto loco, expediet & exercitia si fieri potest infirmis iniungere.

¶ De schematibus Lunæ in Aquario. Si quis decumbat existente in ♒ luna cui augmētanti lumen suū & motum Saturnus præsens iūgat, vel diametrum aut tetragonū obiiciat, origo morbi est, labores, vigiliæ, aut itinera, nō seruabitur autē æqualitas morbi in augēdo & diminuēdo, ꝗ si bonus quispiam lunā aspicit sanitas redit circa incepti cursus diametrum. Si vero decūbat aliquis in ♒ luna existente cui minuenti motum suum & lumen Mars præsens iungitur aut diametrū vel tetragonū obiicit, causa præincipiens morbi est in inguinibus aut in cruribus, aut in pudendis, futuræ sunt febres vrētes, continuę & crescentes continuo, extrema tamē mēbra magis ꝗ̄ cætera inflāmantur, incurrit sitis, inquietudo ita vt ægroti in eodē loco non permaneant sed crebro exurgant, adest desiderium frigidæ potionis. Si vero lunæ augmentanti suos motus præsens Mars iūgitur aut aliquod schema obiicit, futurū est vt infirmus circa incepti cursus tetragonum animo delinquat, congruēt vero huic subtractiones sanguinis, nec oportebit nimiū se opponere eorum desiderio ad potionē frigidā, neq; in lucido loco decumbere, qđ si circa tetragonum morbo nihil decedat morietur in diamerro. Si aūt lunę in aquario existenti ♃ aut ♀ siue vterq; eorū siue alter ex iis schemata porrigat, luna vero suos motus minuit, sanatur circa diametrum. Si autē lunæ minuenti suos motus Saturnus schemata obiiciat aut etiam Mercurius iidē sunt futuri affectus quos ante diximus, supra illos tamē accedūt & reumata & fluxus diuersi ad inferiora mēbra, periculū etiam erit ne infirmus in hydropem decidat, certum autē

est ꝙ longo tempore affligetur. At vero si luna tẽpore cepti decubitus motum suum mediũ nõ excedit, sanitas quidem est affutura sed tarde.

¶ De schematibus Lunæ in Piscibus. Si quis decũbat existente in ♓ luna cui minuenti suum lumẽ & motum Saturnus præsens iungatur, aut diametrũ vel tetragonum obiiciat, morbi prima origo erit refrigeratio ex balneis, quam subsequẽtur tenuia reumata, stipabuntur extrema, febres accedent cũ rigore, quarum accessiones erunt duplices, erit dolor capitis, punctiones ad thoracẽ, grauitates in hipocõdriis, & articulis, pulsus profundi & debiles, huic igitur congruent ea quæ calefaciant & stipata aperiant, ꝙ si beneuolus aliquis lunam inspicit, sanatur circa diametrũ, remanent tamẽ diuturni articulorũ dolores. Si decumbat aliquis luna in ♓ existẽte cui augmentanti suum lumen & motum Mars præsens iungatur, aut diametrum vel tetragonum obiiciat, origo morbi est a nimia vini potatione & cruditate, morbus autem a die tertia vigorem maiorẽ accipiet, afflictiões erũt noctu maiores, succedẽt vstiones nimiæ in thoracẽ, delirium, phrenitis, dolor capitis, sitis, desiderium vini, pulsus retrahentur, huic congruent ea omnia quæ habitum corporis soluũt pręcipue tamẽ detractio sanguinis, & nisi bonus aliquis lunam aspiciat, circa primum incepti cursus tetragonum morietur, ꝙ si boni aspiciũt sanatur post diametrum, sed magna prius expertus pericula. Si autem lunæ in ♓ existenti ♃ aut ♀ præsentes adsunt tempore cepti decubitus aut schemata porrigunt, sanitas redit aut circa primũ incepti cursus tetragonum aut diametrum. Magni autem momẽti apud te esse debent & anguli cœli, si enim tempore cepti decubitus beneuoli aut in horoscopo aut in

medio cœli sint repositi, luna autem est in schemate tetragono aut diametro malorum non leue est inde ad cõsequendam salutem auxilium, si contra maleuoli sint in horoscopo, luna autem est in schemate bonorum magnum est salutis futuræ impedimentum. Operęprecium est igitur optimum medicum, meminisse semper præceptorum mathematices, disquirere diligenter diem & horam decubitus, conspicere deinde situm cœli, sine consensu cuius nihil vsquam fieri potest. Si decũbat aliquis existente in ♓ luna causa morbi pro catarctica est vel importuna lotio in balneo, vel nuda deambulatio, vel frigida potio, statim autem compatitur neruosum genus, præcipue, stomachus, adest febris, adest spirãdi difficultas, astrictio alui, calor tamẽ maior in profundo q̃ in mẽbris extremis, pulsus adeo fiunt parui vt vix eos præcipias, imutantur tamen subito, ita vt infra horas duas diuersitatẽ in illis agnoscas, vẽter autem fluida excernet, vrinæ male olẽt, congruent huic vsus refrigerantiũ, ꝙ si luna in primo icepti cursus tetragono cursus suos augeat icta Saturni aliquo schemate sanari quidem poterit, sed cum magno periculo. Si autem luna in ♓ existens ♃ & ☿ schemata habeat ædem morbi causę erunt quas ante diximus, in hoc tantum erit diuersitas, ꝙ vẽtriculi dolores superaddentur, quibus debilitanĩ varianturꝗ pulsus. Si autem luna motum suum mediuꝫ excedit Saturni icta schemate, vltra primũ incepti cursus tetragonum nõ viuet, ꝙ si ♀ quoquo modo lunæ det sua præsidia, morbus vsꝗ ad diametrum protrahitur, ex quo tandem dysenteria subsequetur, pallores, tumores peduꝫ, macies totius corporis qua consumpti tandem moriuntur infirmi, si vero luna excedens motũ suum medium

Martis & solis schematibus feriatur ædem erunt morbi cause quas diximus, febres tamē cōtinuo magis assurgent, phlegmone hepati additur, extrema vruntur, oportebit vero hora oportuna cibare infirmum, cibo qui magis nutriat. Natura vero huius signi interdum non admittit euacuationē sanguinis per phlebothomiā, nisi vero beneuolus aliquis aspiciat morietur in diametro infirmus, at si ♃ aut ♀ inspiciat, luna vero motus suos minuat periclitādū quidem infirmo est ex iis quas ante diximus causis, circa diametrū tamē sanatur, prę sertim si in curando medicus non erret, aduerte autem ad Iouem & Venerem si enim horum schemata luna habeat ipsa vero motum augeat Martis & solis schematibus oppressa nihil inde est auxilii, moritur infirmus. Vellem autem vt eorum quæ hucusq; diximus præceptorum recorderis, non solum circa decubitus, sed etiam circa illata vulnera, circa partus mulierum, & alia quę hominibus accidūt, inde enim scies quādo oportune chyrurgiam aut curationes alias quę ex delectu & arbitrio fiunt, ægrotis adhibere debeas, veluti exempli gratia in dilatatione pupillę oculorum, in glaucomate, in suffusione, chyrurgiā; primum incipies quando luna lumē & motum suum auget, beneuolorum schematibus exposita. Vtile est te scire & illud, periculum esse excalefacere corpora quando luna auget lumen suum & motum cui Mars aut sol iungatur vel schemata obiiciat, periculum item refrigerare corpora quando luna minuit motum suum & lumē cui ♄ aut ☿ prę sens iungatur vel schemata obiiciat. Quādo vero vno die & eadem hora duo decubuerint animaduerte ad ætates illorum ac eas mutuo sibi conferas, iunior enim citius sanatur & facilius (pro diuersitate mor

borum quos iam circa ſingula ſigna diligenter exa/minauimus) ſi luna minuat motum ſuum & lumen Saturni vel Mercurii ſchemati expoſita, ſenior aũt aut tranſmutationem faciet morbi in alium mor/bum, aut longiori tempore ſanabitur, e diuerſo iu/niori maius incumbit periculum circa incepti cur/ſus tetragonum aut (ſicut iã docuimus) diametrũ, ſi luna augeat motum ſuum & lumen Martis aut ſo/lis ſchemati expoſita, at vero ſi luna ſeiuncta a cõ/mertio malorum, ſolum ſchematibus bonorum ex/poſita fuerit, iuniores & ſeniores ſanantur pro di/uerſitate affectuum quos circa ſingula ſigna expo/ſuimus, hæc vero ego tibi nunc adiũxi vt tu fretus conſilio abſolutiſſimo in omnibus ſis abſolutiſſi/mus.

FINIS.



GALENI
DE VRINIS LIBER NVNC PRIMVM, A IOSEPHO STRVTHIO, E GRAECO TRADVCTVS.

VENETIIS.

M D XXXV.

CELEBERRIMO ET ORNATISſimo viro domino Valentino Moravvſkii bonarum artium & medicinæ doctori Ioſephus Struthius. S. D.

QVas ad te per aliquot iã annos mittebam litteras vir eruditiſſime opinor nullas tibi eſſe redditas, hoc ide colligo ꝙ mihi nihil hucuſ[que] reſponderis. Nunc optarim ſaltem has vna cum munuſculo tibi reddit[ũ] iri. Mitto ad te libellũ Galeni nũquã antea latinũ viſum, memoris mei grati[que] erga te animi indicẽ, quẽ ego tibi verbis meis propterea cõmendare nolo ꝙ ſciam Galenũ eſſe omnibus cõmendatiſſimũ, Galenũ eſſe in medicina principẽ excepto Hippocrate, delectabit certe ſcio ſtudioſos omnes ex hoc libello cognoſcere furta medicorũ Arabum, videre [quam] longe a tergo relicti ſint a Græcis Latini, experiri [quam] multum referat aliquid haurire a fonte non a riuulis. Nollẽ vero exiſtimes me hoc ſolum munere tuæ tantæ erga me humanitati ſatiſfacere velle, bene enim ſibi conſcius eſt Struthius quantũ tibi debeat, cui tu ſanguinẽ tuum ſi quid prodeſſet ſubſtantiam tuam totam ſi ipſe egeret vltro impertires, quod maius eſt ſcientiã tuam omnẽ ſi fieri poſſet in me libenter infunderes, id quũ alias ſatis mihi luculenter declaraueris, tum vel potiſſimum illo t[em]p[or]e quo Mathematices & Philoſophiæ prima elemẽta me doceres, fideliter & ex animo, ita vt nihil mihi minus deeſſet [quam] præſtãtiſſimus [prae]ceptor, quæ cã ſola ſufficeret cur neceſſe ſit, ſi per vndecim hoſce annos quos ego ſuaſu tuo ſub aliis præceptoribus in inceptis a te ſtudiis diligẽter deſudaui, aliqd mihi ſupra inſtitutionẽ tuã acceſſit, me tibi iure Ariſtotelico totũ adſcribere, iubet. n. ille nos primis inſtitutoribus accepta ſtudia referre, & ſi hoc parum ẽ nihil moror qn antiquiore iure Platonici illius ἀντιπελαργεῖν me tibi vniuerſis meis officiis nunq̃ ſatis pro merito reſponſurũ affirmes, eſto ita ſane, mea igitur intererit modis oĩbus dare operã, vt ſaltẽ aliqua ex [par]te te demerear mei amãtiſſimũ. Incepi nup vertere in latinũ cõmentarios Galeni ſup chirurgica Hippocratis dignos [pro]ſecto qui aureis ſcriberẽtur litteris, hos ſi deus volet & iudiciũ grauiſſimorũ in Italia virorũ mihi refragatũ nõ fuerit [pro]xime es a me habiturus, vale anime mi libet enim mihi eodẽ mõ tibi vale dicere quo tu me ſalutare conſueuiſti datum Pataui. 3. Ianuarii. 1535.

GALENI DE VRINIS IOSEPHO STRVTHIO INTERPRETE.

VRinarũ differentię multę quidẽ particulatim existunt, primæ tñ ac pcipuę sunt duæ, humor scilicz & ea quę humori ihęrẽt, humorẽ aũt voco id qd re ipsa vrina est, inhærẽtia vero ea q̃ diuersa a superfluitate humorali in vrina apparẽt. Rursus vero humoris ipsius differẽtię in totidẽ secanť ptes, duæ siquidẽ sunt, substãtia nẽpe & color, vtrũqз autẽ horũ in diuersa partiri licet, substãtia.n. alia ẽ tenuis, alia grossa, alia mediocris, eã vo q̃ mediocris ẽ quũ sm naturã se habeat diuidere nõ licet, cęterũ tenuis & grossa bifariã diuidiť, vrina.n. tenuis aut mingiť tenuis & pmanet tenuis aut mingitur tenuis sed turbatur tandem & efficitur grossa.

¶ Quid indicat vrina q̃ mingiť tenuis & manet tenuis, quæ mingiť tenuis sed turbať. Prior quidẽ extremã ĩdicat cruditatẽ, natura.n. nõdũ coctionẽ incipit, altera aũt quæ ex tenui reddita ẽ turbida indicat naturã iã prio aggressaз ẽẽ coctionẽ, & tenuis quidẽ vrina ita diuidiť idqз qđ diximus significat.

¶ Quid significat q̃ mingiť grossa & pmanet grossa quę mingiť grossa sed reddiť clara. At grossa simili mõ aut mingiť grossa & pmanet grossa, aut mingiť grossa sed reddiť tenuis, prior quidẽ indicat vigorẽ agitatiõis q̃ est in humoribus grossis & flatuosis cũ qua adest vel affuturus est dolor capitis ppter conturbationẽ ac euaporationẽ humorum. Altera aũt ebullitionẽ grossorũ humorũ sed tñ naturã incipere

secretionē eorū īdicat, & hæ qdē sūt humoris quo ad substātiā differētię. Quū vero in priore ptitione mētionē ēt fecimus differētiarū q̄ a colorib⁹ capiūt iā deinceps eas exponamus. Prima igit̄ ē vrina alba hāc sequit̄ pallida, deinceps ruffa, q̄rta ē flaua, post hāc rubra, vltio nigra. Et extremę qdē sūt duę alba & nigra reliquę aūt mediæ īter has. Est igit̄ pallida proxīa albę, ruffa aūt lōgi⁹ distat ab albo ꝓpior pallido, e diuerso aūt rubea ꝓxima ē nigrę lōgissime distans a ruffo & pallido, flaua aūt peculiarē ac ꝓpriā habet mixtionē ita vt gemini coloris eē videat̄ ptīꝫ ruffi ptim rubei, q̄re in libro de crisib⁹ nō absre huiusmodi vrinā ad splēdorē vergere diximus splēdorē.n.a ruffo nitorē aūt a rubeo accipit. Ergo ordine quodā mutuo a se inuicē vrinæ hæ coloribus differūt, alba, pallida, ruffa, flaua, rubea, nigra, fit autē pallida quū modicū cholerę serosę humiditate accedit, ruffa aūt fit q̄n plus choleræ addit̄, rubea fit a sanguine, nigra, vero a nimia exustiōe & ab aliis causis vt paulopost dicet̄. Alba aūt īdicat extremā cruditatē ac desperatā coctionē, hæ igit̄ sunt vrinæ quatenus humor ē simplices differētię ī substātia & colore, reliquū ē vt cōplicatas cōnexasq; dicamus q̄les scilicet sint, q̄ deinceps simul connecti possunt, quę ītē nō possunt, & si cōnectant̄ qd significentur.

¶ De tenui & alba vrina. Sit igit̄ vrina quoad substātiā suā minime cocta, talis vero est tenuis, cui ita pmanēti tenui annectat̄ color exq̄site alb⁹, vt sit ea vrina tenuis & alba hęc multa significat aut.n.ibecillitatē virtutis ostēdit sicut in senibus & ī morbis diuturnis ī q̄bus vtplurimū apparēt vrinę tenues & albę, tales ēt in nōnullis q̄ natura ībecilles vires hn̄t vident̄. Interdū significat obstructionē renū qd̄ cognoscet̄ ex dolore loci affecti, aut obstructionē he-

patis, vt in iis q q̄rtanis affligūť febrib⁹, grossicie.n. sua melācholici hūores obstruētes vias solēt hmōi vrinas efficere. Indicāt vero tales vrinę & aliud diuersū ac sūmū malū, si.n. in causonide & vrēte febre appeat vrina tenuis & alba, significat phrenitim, quū.n. febris ipsa vrēs idiciū faciat plenitudis & abūdātię biliosi hūoris, vrina vero nō tingiť, manifestū est ꝙ biliosus humor nō retineť in vasis sed leuitate sua cerebrū isilit, siqdē igiť nōdū adest phrenitis, vrina exñte tenui & alba febre vero causōide p̄dicim⁹ phreniti futurā, si vero adest phrenitis vrina vero eiusmodi ē p̄dicim⁹ mortē vtplīmū, neq;.n. poterit virt⁹ cerebri s̄uari cui igruit tāt⁹ acutę mordacisq; cholerę ipet⁹, hęc igiť significat vria tenuis & alba.

¶ Quid significat tenuis & pallida. Sit iterū vrina quoad substātiā cruda id ē tenuis quoad colorē aūt modice cocta q̄ sit tenuis & pallida, talis debilitatē v̄tutis significat, q̄uis.n. vrię quoad colorē facile coctionē h̄eant, lōge tñ̄ ē deteri⁹ icoctā eē quoad s̄ba;.

¶ Quid idicet tenuis & ruffa. Sit vrina tenuis cui annectatur color ruffus, talis melior quidē est priore, est tamen cruda quoad substantiam.

¶ Quid indicet tenuis & flaua. Sit vrina tenuis & flaua, hęc nō solū malā coctionē idicat, s; ēt defectū alimēti, id qđ i iuuene ieiuno repiť, interdū ostendit calorē multū in p̄fundo, biliosum succum gignere, id qđ fit in febre tertiana, indicat & vigilias ac animi perturbationes, hæc omnia flaua vrina efficit.

¶ Quid significat tenuis & rubea. Proponať iterū vrina quoad substantiā male cocta tenuis.s. rubea, talis nūq̄ repiť, si.n. rubeus color i vrina a sanguine fit, sanguis vero a p̄fecta coctiōe, coctio aūt substātiā igrossat, manifestū ē ꝙ rubedo i vrina cū tenuitate cōsistere nō p̄ōt. Q; si aliqñ repiať tenuis vria cū

rubore, color ille exquisite rubeus nō est, sed ē quidam cruentum simile sanguini.
℃ Tenuis nigra. Vltia aūt ē cōnexio tenuis & nigri, hęc ēt nūq̄ repit, color.n. niger fit ꝑpterea ꝙ melācholic⁹ humor p vrinas purgat̄, aut fit a frigiditate nimia, aut a nimia songuinis adustione hæc vero tria grossiciem sibi vendicant.
℃ Qūo tenue cū nigro nō pōt cōsistere. Q đ āt tres q̄s dixim⁹ vrinę nigrę differētię, grossam sibi substātiā vēdicēt manifestū ē, i remissiōe.n. febris q̄rtanę, & solutōe melācholici hūoris, vrinę apparēt nigrę, reddunt̄ aūt nigrę ꝑpterea ꝙ humor nigrę bilis per has expurget̄ q sua substātia terre⁹ ē & grossus q̄re & vrinas efficit grossas. Simili mō & hæ vrinę q̄ ex assatiōe adustioneq̄ꝫ sanguis nigrę fiūt grossas esse oportet, vstio.n. nimia exsiccat humiditatē sanguis vñ cōstat ꝙ ēt grossam efficit eius substātiā; q̄re & vrinę grossę fiēt, a sanguīe.n. & coloris imutationē accipiūt, & substātię vsti sanguis grossiciē referunt, frigiditas vero q̄a ingrossat alimētū, ēt vrinę subam faciet alimēto similē, ita igit̄ vrię fiūt grossę vt docui.
℃ Grossa alba. Et de cōnexiōe substantię tenuis cū diuersis vrinę colorib⁹ hęc q̄ dixim⁹ sufficiāt, supest vt de altera substātię differētia disseramus. Sit igit̄ vrina grossa cui ita ꝑmanēti grossę color alb⁹ accedat, talis vrina maximā eē in corpe crudorū humorum copiam indicat.
℃ Grossa ruffa, grossa flaua, grossa pallida. Proponat̄ grossa & pallida hæc nō pōt i ꝯnexionē venire, neq̄ꝫ etiā grossuꝫ & ruffuꝫ, neq̄ꝫ grossum & flauū simul ꝯsistere pñt, colores.n. hii pp defectū nutrimēti fiūt ac debilitatē virtutis, grossum aūt a ꝯtrariis fit causis. Quare manifestū est ꝙ ruffum, aut palliduꝫ, aut flauum, simul cum grosso permanere nequeāt,

¶ Grossa rubea. Sit vrina grossa & rubea, huius modi enim vrina reperitur, & significat plenitudinem sanguis vt fit in synochis febribus.

¶ Grossa nigra. Sit grossa vrina & nigra, talis ēt reperit̄ & significat euacuationē hūoris melācholici id qđ multoties fit in declinatione quartanarū, & alias ī solutiōe melācholiæ. De vrinis vero nigris q̄ fiūt aut ab adustiōe aut a frigiditate postea dicem⁹. & hæ quidē sunt grossi cum iis quos diximus coloribus cōnexiones, iam vero incipiamus agere de iis quæ inhærentia vocauimus.

¶ De eo qđ residet ab vrina & ē albū planū inęq̄le. Esto igit̄ p̄mū ī ordīe eorū q̄ dicturi sum⁹ id qđ residet (qđ sedimētū vocem⁹) albū sup̄mū locū occupās, planū sed inequale, id est vno die coctū postero die non coctū, tale debilitantē indicat virtutis quæ nō potest ex æquo omni tempore materiā cōcoquere.

¶ Sedimētū albū nō planū. Sit vero qđ residet albū inferiorē locū tenēs, nō planū sed diuulsum, hoc deterius ē priore, illud. n. ostēdebat naturā capacē esse inęq̄litatis in spatio multorū dierū, hoc vero in vna coctiōe, id qđ deterrimū ē, ac veluti autūnus p̄pter ea malus eē dr̄ q̄ ē inęq̄lis, si tn̄ ineq̄litatē suā opet̄ ī spatio q̄ttuor vel quinq; dierū minus est malū, si vero vna die lōge peius ē, sic & sedimēta diuulsa peiora sunt qm̄ idicāt naturā ī vna coctiōe defecisse ob distractionē, distrahit̄ vero natura a flatib⁹ q iter succos intercursant ac dirimūt ꝯtinuitatē eoꝝ adeo vt reddāt illos rebelles, si igit̄ supponam⁹ sedimētū hr̄e se ḃm naturā quoad colorē & locū, p̄ter naturā aūt ī substātia, qs dubitabit lōge đterior̄ eē đfectū, subięc.

¶ Nō planū ęquale. Primū sit de numero ęqualiū sedimētorū, id qđ ē diuulsum, tale p̄cul dubio malū ē, indicat enim copiam grossorū flatuosorūq; humo

rum, qui a natura extenuari non possunt.

¶ Nõ planũ inęquale. Sit aliud diuulsum & inęq̃le id est alio tpe tale apparẽs alio diuersum, hoc prio/re ẽ melius, indicat siqdẽ flatuosos succos eẽ paucos quos natura cito discutiet & tenues reddet, & mirũ sane ẽ inter opa naturæ inęqualitatẽ aliqñ meliorẽ esse ęqualitate, qđ merito sane ita euenit, mala.n.si eũdẽ ꝑpetuo vigorẽ habeãt deterrima sunt. Sicut & pulsus arteriarũ si semꝑ & ꝯtinuo debilis existat pi/culosus ẽ, si vero aliqñ debilis aliqñ nõ debilis min⁹ est periculũ, eodẽ mõ sedimẽtum diuulsum inęquale minus malum est sedimento diuulso & æquali, & hæc quidem de iis dicta sufficiant.

¶ Suspẽsum albũ ęquale planũ. Sit aliud diuersum a priorib⁹ sedimẽ qđ quoad colorẽ sit coctũ & sit al bũ nõ obtinẽs locũ iferiorẽ sed mediũ, planũ i subã æquale in tpe, tale ĩdicat bonã coctionẽ sed tñ non oĩno pfectã id.n.nõ ẽ hypostasis, loco tñ solũ differt ab hypostasi, cã aũt diuersitatis loci ẽ abũdãtia fla/tus q imiscet succis, si.n.flat⁹ ipse grossus sit nec exa cte ꝑ coctionẽ extenueť resoluaturq;, id qđ residet ab vrina sua qdẽ crassitie tẽderet deorsum & sub/mergereť, sed flat⁹ ipse trudit illud atq; attollit aut ad sum̃a supficiẽ & tũ vocať nubecula, aut ad me/diã regionẽ, qđ tũ vocať suspensum. At vero si nulli sunt oĩno flatus, ipsum qđ residet pfundiore pte ife riorẽ occupat locũ vocaturq; hypostasis, & de su/spenso quidem id mihi dicendum fuerat.

¶ De hypostasi & nubecula. Tria hæc igiť q̃ dixi/mus diuersa sunt tãtũmõ situ, situs aũt variať pfla/tũ, flatus aũt generať a coctiõe, coctio vero qñ suf/ficiẽs & pfecta fuerit flatũ resoluet & exinaniet, p/pterea hypostasis pfecta pfectã indicat coctionẽ, si aũt vẽtositas illa præ grossitie extenuati resoluiq;

nõ possit, relinquet̃ i humorib⁹ q̃ erit vestigiũ coctio nis humorũ nõ eqdẽ pfectę sed medię iter crudos & coctos, hęc aũt si nõ multa fuerit ppellet sedimẽtũ ad regionẽ mediã si multa ad locũ sũpmũ eritq; nu becula q̃ ẽt signũ ẽ coctionis, qdcũq;.n. fuerit qđ ab vrina residet coctionẽ significat eã tñ minus bonã, si multũ & grossum fuerit. Clarũ ẽ igit̃ φ ex situ sedi mẽtorũ nihil plus discim⁹ q̃ modũ & mẽsurã coctio nis. Si tñ nigrũ erit id qđ residet signũ ẽ pniciosum, min⁹ vero ẽ pniciosum si solũ id nigrũ ẽ qđ i medio iacet ac multo min⁹ ẽt si nubecula, si vero id qđ in infimo ẽ veluti hypostasis lõge ẽ pniciosissimũ, suffi ciãt vero hæc dicta de situ, q neq; bonũ neq; malũ significat sed modũ & mẽsurã boni & mali. Quũ aũt in eo qđ residet q̃tuor nobis cõsiderãda sunt, color scilicet locus, suba, & tps, supest vt de colore iã dis seramus, quũ de suba tpe & loco iam satis diximus. Color aũt alius ẽ naturalis ei qđ residet, & ẽ albus, alius pter naturã, qualis ẽ niger, fuscus seu liuidus, pallidus, rubeus, de quibus iam agamus.

¶ Color sedimẽtorũ rubeus qd significet. Sedimẽ tũ rubeũ fit a copia cruoris .i. sanguis icocti, signifi cat aũt coctionis defectũ nõ tñ mortẽ, quũ.n. succus is sit benignus & amicus naturæ magnũ piculũ ifer re nõ solet, quia tñ indicat cruditatẽ, faciet morbũ diuturnũ id aũt ex eo qđ dicturi sumus itelliges, hu mores qdã generant̃ ex phlegmate sicut phlegma, & id qđ pprie dr̃ cruor, qdã generant̃ vna cũ sangui ne, sicut flaua bilis & nigra bilis. Q̃ñ igit̃ in vrina se dimẽtũ vr̃ rubrũ, indiciũ ẽ φ a cruore colorẽ accepit cruor autẽ fit anq̃ sãguis fiat, si ergo nã nõdũ pprio colore tixit sãguinẽ mãifestũ ẽ φ nõdũ pfecte coct⁹ ẽ, eo tñ idiget natura vt pgressu tpis ex illo faciat sã guinẽ, qd igit̃ significet sedimentũ rubeũ iã dixim⁹.

¶ Quid significet nigrū. Sedimētū aūt nigrū aliqñ frigiditatis ē indiciū īterdū caliditatis, discernet̄ vero alterū ab altero hoc mō, si antecessit liuidus postea subsequutus ē color niger, indicationē facit frigiditatis, si vero antecessit croceus subsequitur vero niger caliditatem indicat.

¶ Quid significat liuidum. Liuidum autem frigiditatem indicat & internitionem virtutis.

¶ De spēbus oleaginorū. Ex oleaginis vrinis alia ē elæochra, alia elæophane, alia elæode, pria principiū idicat colliquatiōis adipis totius corpis, ē vero ea colorē olei retinēs, elęophnes aūt habet aliqd magis simile oleo qđ supra vrinā īsidet, significatq; augmētū colliquatiōis, elæodes ē q̄ tota sui suba, & vndiquaq; ē veluti oleū quę idicat statū & sūmū vigorē colliquatiōis, sunt aūt hæ vrinę ēt ex colliquatiōe adipis renū, extāt tñ cautiōes qbus hoc discernas quarū meminit Hippocrates ī aphorismo de resolutiōe adipis renū vbi dicit, qbus īsidēs pingue ac simul totū iis renū viciū acutū significat̄, ipsemet docuit discernēdi modū quū addidit simul totū, ī colliquatōe. n. totius corpis adipes colliquati paulatim id ē tarde, & nō vniuersim cū vrina exeūt, recipit̄. n. adeps a venis mēbris vicinis deinde ab iis q̄ ꝯtinuāt & rursus ab aliis & aliis donec tpe ꝑtracto ad renes & vesicā pueniat, adipis vero in renibus colliquati propter vicinitatē trāsitus celerrima ē excretio & nō paulatim, hoc igitur est qđ dixit Hippocrates simul tota id est celeriter hæc de oleaginis.

¶ Quid significat hypostasis oroboides. Quū autē caro ipsa liquat̄ dissoluiturq; facit hypostases oroboides. i. similes orobis, quas vt bene discernas animū aduerte, ad coctionē aut cruditatē: aut febrē pˀsentē: si. n. adest febris liquatio erit carnis totiꝰ cor-

poris: si vero nō aderit febris erit vitiū renū: et rursus si adest cruditas vrinatū, toti⁹ corpis liquatio ē, si coctio adest sedimēta vero orobina appeāt vitiū est renū, nec sine cā cruditas icessit qn̄ morbus ē totius corpis ea. n. vasa q̄ coctionē ꝯficiūt, male ēt affecta sunt, in vitio aūt renū cruditas non adest, renes enim non sunt instrumenta coctionis vrinæ, hæc de colliquatione carnis et adipis.

¶ Quid significat hypostasis petaloides. Qn̄ solida mēbra male sunt affecta, abradunẗ primū vtplurimū & reddūt vrinas petaloides id est habētes hypostases veluti squamas, sunt tn̄ & hæ aliqn̄ a vicio vesicæ, discernes aūt hoc ex iis q̄ iā dixim⁹ de vicio renū, si. n. adfuerit febris, totius corpis ē vitiū, si nō adfuerit febris vitiū est vesicę, si cruditas adsit totū corpus est affectum, si coctio adsit vesica.

¶ Quid significat pityroides. Qn̄ febris, profunda corpis vasa corripit ac dilacerat, hypostasis fit pityroides idē q̄ habet qddā simile furfuri, qd̄ exilius qdē ē quā squama sed grossius, id vero ēt viciū vesicę aliqn̄ indicat, discernit̄ autē hoc eo quo diximus modo, si enim adfuerit febris, vitium est totius corporis sin minus vesicæ.

¶ Quid significat crimnodes. Posteaq̄ vero febris ipsa lōge lateq̧ maiori vi q̄ i supiorib⁹ viciis solida mēbra corripuerit, facit deteriora sedimēta q̄ erāt illa q̄ spēm furfuris referebāt, q̄ vocant̄ crimnodea. i. farinę siue ēt spumę similia, hęc vero duo significāt, aut cremationē sāguinis aut liq̄factionē solidorū nimiā, & siqdē alba fuerint q̄ residēt solidorū mēbrorū est vitiū, si vero rubea extiterint sanguis crematio.

¶ Quid significat cruēta frustulosa. Indicat hepar eē vlceratū, cuius substātia dissoluit̄, & ptes qdē huius sedimēti subtiliores, hn̄t colorē cruoris, crassio-

res aūt sunt similes sandaracę q̄ vt plurimū porten-
dūt mortē infirmis, aut si supuixerint hydropem.
℃ Quid significat fœtida. Fœtidæ aūt vrinæ indi-
cāt putrefactionē & internitionē virtutis futuram.
℃ Restat vero nobis speculari de hūoris vriarii cū
sedimētis cōnexionib⁹ ac dicere qd significēt, hę.n.
inonexiones q̄s hucusq̧ explicauimus erāt vel soli⁹
humoris vrinarii, q̄s prio loco edisseruim⁹, vel soli⁹
sedimēti q̄s scđo loco exposuimus, nūc aūt & humo
ris & sedimēti simul cōnexiōes cōplicemus, & expo
namus qd significet q̄libet cōplicationis differētia.
℃ De tenui & albo. Proponat̄ igit̄ prio vrina non
cocti humoris q ē tenuis, nec cocti coloris q ē albus
in tali vrina nūq̄ pōt existere sedimētū, tenuitas.n.
significat defectū materiæ nutrimēti ex q̄ fit id qđ
residet. Ad hæc in tenui qđ pmanet tenue eē sedi-
mētū, simulq̧ eē vrinā pallidā aut ruffam, aut flauā
est ipossibile, in iis.n. natura priuata nutrimēto cō-
uertit se ad colorē faciēdū, quare si volum⁹ cōficere
cōnexiōes humoris vrinarii cū sedimētis, tenue abii
ciamus a proposito proponamus vero grossum.
℃ Grossum albū nō planū. Sit vero vrina colore al
ba substātia grossa ī hac pōt residere sedimē qđ sit
albū, sed nō planū.i. diuulsum in talibus.n. crudorū
succoꝝ copia colligit̄ q̄ licet coctionē coloris admit
tat, substantiæ tamen minime.
℃ Grossum rubeū nō planū. Sit alia grossa cui indi-
tus sit color rubeus (pallido.n. ruffo & flauo ob eas
quas diximus cās grossum cōnecti nō pōt) si igit̄ ru-
beo misceat̄ grossum id qđ sæpius accidit in syno-
chis febribus, signū ē male coctiōis & ī humore & in
sedimēto, tū quoad substantiam tū quoad colorem
vtriusq̧ humoris scilicet & sedimenti.
℃ Grossum nigrū nō planū. Sit vrina alia grossa &

nigra hęc nō cocta ē nec colore nec substātia, tā humoris vrinarii q̄ sedīmēti. Et hæ q̄dē sunt ꝯnexiōes vrinę grosse q̄ remanet grossa sit vero vrina quoad substātiā mediocris, cui annectat̄ color aliq̄s, hæc alba eē nō pōt si.n. alba ē cruda ē, esto tñ appeat vrina mediocris substātię & alba, mirū ꝑfecto erit quomō natura mediocrē substātiā faceret colorē vero nō decoq̄ret, quū illud maioris sit negocii & difficultatis, mediocre igit̄ cū albo cōsistere nō pōt, raro āt cū pallido nisi abūdās humiditas aliūde cholerę aduenerit, color quoq; ruffus aut flauus cū mediocri vrinæ subā nō pōt cōmunionē habere, ꝙ si aliq̄n habeat in illis tñ nihil residet, ꝓinde & has vrinarū cū sedimētis cōplicationes vt inanes obmittamus.

¶ Quæ vrinę sunt malæ. Virides seu liuidę, nigrę, cruēte, nimiū grossæ, ruffę supra modū, ruffæ simul tenues, carētes hypostasi, ꝑiculosæ sunt fœtidę, pingues, oleaginę & hæ quæ excedunt copiam potus.

¶ Nubeculæ & hypostases malæ. Liuidæ, nigræ, obscuræ, variis coloribus distinctæ, diuulsæ, & hæ q̄s añ vocauimus crimnodes, cruētæ, biliosæ & exustæ, flegmaticæ & fœtidæ, vrinæ vero in quibus nihil residet sunt malæ. Hæ igit̄ spēs vrinarū significant plurimas causas diuersorū morborum, eorūq; augmēta, declinationē, discrimina, ꝓsperitatē, coctionē, cruditatē, modū isup ꝑiculorū q̄ futura sunt eorū q̄ cās, quarū multitudinē & vim cōsiderare debet medicus cauereq; si quid vltra modū delinquit.

¶ De differētiis vrinarū i hominibus sanis. In morbis febrilibus vtilissima est vrinæ īdicatio, qm̄ autē oē qd̄ ē ꝓter naturā, cognoscit̄ ꝑ id qd̄ ē s̄m naturā, idcirco vrinarū notitia icipe debet ab iis q̄ scd̄m naturā se hñt, optima igit̄ vrina ē in iis hominibus qui sani sunt & bonam corpis habitudinē sortiti sunt,

subruffa aut subflaua, mediocris crassitiei, talē colorē ppetuo obtinēs q̄lis a principio visus ē, hypostasim, retinēs planā, ęqualē, albā, multitudinē autē pro mēsura & ratiōe potus, in mulieribus tñ vrina scd̄m naturā albioris coloris eē debet, q̄ in viris, habereq; hypostasim maiorem, in puerili vero ætate necesse ē grossiorē eē hypostasim pp edacitatē puerorū, & motus eorum importunos ac inordinatos. Quādo aūt Hippocrates dicit hypostasim planam, vult significare nō diuulsam sed cōtinuam, qñ dicit æqualē vult significare tū eā q̄ p oē tp̄s similis ē sui, ita vt si vno die sit cocta, postero die nō sit cruda, tū eā quę sedimētū & humorē vrinariū habet nō distātē a se sed totū sibi æqualē. In vrina naturali cōsiderāda sunt hęc, substātia, color, & id qd̄ adhęret, qualis ē nubecula, suspēsum & ea q̄ in fundo ē hypostasis, q̄ si aliquid horū in vrina imutatū fuerit, indicium erit non bonæ coctionis in venis.

¶ Qualis vrina optima ē in ægrotātibus. Optima in ægrotis vrina ē ea q̄ simillima ē vrinæ sanorū hominū, subpallida aut sub flaua, hñs hypostasim albā planā, æqualē, ab hac vero iā deficit q̄ suspēsum habet albū planū æquale, adhuc vero magis deficit, q̄ nubeculā habet albā, planā, ęqualē, in q̄bus. n. extāt humores grossi flatuosi, & incocti, si q̄dē pauci fuerint pmittūt ad pfūdū matellę materiā deferri, si vero abūdātes fuerint eueniet hoc vt flatus q̄ in pfundo ē efferat hypostasim ad supficiē summā vrinę, & faciat eā quā diximus nuberculā. Quāto igit̄ flatus magis dissecauerit ac magis in altū sustulerit hypostasim, tāto minus cocta dicet̄ eē vrina. In tertianis tñ exq̄sitis & in ephemeris febribus, sola nubecula aut suspensum, ad solutionem morbi sæpe sufficit. interdum sufficit & solus color vrinæ bonus.

¶ Qđ non ois hypostasis alba bonũ indicet. Sæpe aũt albus color eorũ q̃ in vrina residẽt decipit ignaros medicos, ita vt nesciant malã esse hypostasim q̃ illis videt̃ bona ac ediuerso bonã esse quæ illis videtur mala. Accidit enim aliq̃n vt albus humor & crudus excernat̃ p̃ vrinã ac in imo subsideat, instar bonæ hypostasis. Aliq̃n affecto hepate aut renibus pus p̃ vrinã excernit̃ & subsidet ita vt indoctos decipiat, sed hoc discernet̃ primũ p̃ dolorẽ qui p̃cessit in renibus aut in hepate, aut in aliquo membro alio quod solet p̃ vrinas expurgari, deinde p̃ fœtorẽ quẽ obtinet pus, crudus aũt humor discernet̃ a bona hypostasi p̃ inæqualitatẽ substãtiæ, neq; enim humor crudus p̃manet sibi cõtinuus, sed diuiditur in exiles & minutas partes veluti harenulas, neq; planus est omnino sicut vera hypostasis. In bonis autẽ vrinis primũ qđ app̃et ẽ nubecula, deinde facto descensu apparet id qđ vocauimus suspẽsum, in fine aũt posteaquã iã carminata ẽ, subsidet ĩ profundo facitq; hypostasim ex quo liquet coctã eẽ vrinã. At ĩ crudis humoribus a principio delabitur multitudo nõ pauca in profundũ matellæ (interiꝫ & totius vrinæ color ẽ malus) deinde successu tp̃is extenuata multitudo cõcoctaq; attollitur in mediũ facitq; suspẽsum, posteaq̃ vero magis adhuc extenuata coctaq; (quo ad eius fieri poterit) extiterit, insidet vt plurimũ in alto, faciẽs nubeculã quæ idiotis imponit vt opinẽtur morbum labi in deterius.

Finis de vrinis Galeni.

Venetiis per Ioannem Patauinum, & Venturinum de Ruffinellis. Anno domini
M D XXXV.

Errores qui calchotypos facile effugerãt fol.4.pag.2.linea 11.lege tetragono scilicet aut diametro vel si cum eo fuerit coniuncta, oportebit eum, linea.13. lege & si quidẽ fuerit saturnus, causa est in capite, folio.5.pag.1.linea.6. lege a luna cursus, folio.5.pag.2.linea.20.lege plurimum, folio 6.pag.2.linea.25 lege amphycirta folio.10.pag.1.linea.26 lege aliquis, existente folio.11. pag.2.linea.14.lege tropicis & æquinoctiali, folio.14 pag.1.linea.8.lege q᷑ si bonus.

